

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE MINISTRO HVIVS SACRAMENTI CAPVT LII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

Gene. 48.
Leuiti. 1.

Mal. 2.
Mat. 24.

possunt, quod si propterea putant esse reiiciendū quod Iudeorum quondam fuerint ceremonia genus hoc vngendi, reiiciant & manuum impositionem, quæ & ipsa traxisse videtur ab Hebreis originem, quibus admodum ea fuit familiaris, cum aliquid cōmendabatur, aut offerebat Deo, Sic Iacob imponit manus duobus filijs Ioseph, sic super caput hostiæ immolandæ manus ponebatur, Verum hæc de sacramento ordinis dicta sufficiant quod ministrācium est nam pertinet ad ministerium recōciliationis, quatenus autem hæc reconciliatio docendo fit aut prædicādo, rectè refferri posse videtur, ad eam virtutem quæ prudentia dicitur, quandoquidē scriptum est, quod labia sacerdotis custodient scienciam, & legem ex ore eius requirent, quā etiā in Euangelio vocat Dominus seruum fidelem & prudentē quem constituit Dominus suus super familiam suā ut det illis cibum in tempore,

DE MINISTRO HVIVS SACRAMENTI CAPVT LII.



IN Ister huius sacramēti est Episcopus, cuius hoc solius proprium est munus ordinare. Est autem Episcopatus, non ordinis nomen quatenus ordo sacramentum est, verum dignitatis & officij. Nā quemadmodum paulo ante cōmemorauimus ex presbyteris qui multi erant in vna aliqua Ecclesia vnus eligebatur qui non reliqui magis gregis totius, quam ipsorū etiā presbyterorum curā gereret, ac in sacramentis quidem conficiendis & ministrandis, excepta ordinatione & confirmacione,

one,

one, nihilo maior est Episcopi quam sacerdotis autoritas
 nisi quod ligandi soluendiq; potestas tãto maior est penes
 Episcopum, quanto plus ad eam rem doctrinæ iudiciq; re
 quiritur, quibus præ cæteris Episcopum abundare presu
 miẽ, qui vel ipse reliquis rebus ijs præstat, vt adiunctos ha
 bet saltem lateri suo viros eruditione iudicioq; prestantes,
 vt quod vulgus sacerdotum de grauioribus peccatis perin
 de facere non potest, quid ligandum quidue soluendũ sit,
 facile discernere queat Inde est illa casuũ vt Vocãt reſerua
 uatio, quorum nonnulli ad ordinarij cuiusuis, aliĩ vero qui
 sunt grauiores non nisi ad summi pontificis iudiciũ spectãt
 quod ad reliqua attinet, æque baptisat, æque cõsecrat, æque
 sacerdos absoluit vt Episcopus, In hoc ergo pares sunt E
 piscopus & sacerdos. Cæterum quod in humano corpore
 fieri videmus, vt sit corpus quidem vnum, membra vero
 multa, omnia autem membra nõ eundem actum habeãt, Roma. 12.
1. Corin. 12
 idẽ & in Christi corpore quæ est Ecclesia cernere licet, mul
 ti namq; corpus vnum sumus in Christo, singuli autem al
 ter alterius membra. Hæc connexio, totius corporis vnani
 mitatem requirit, sed precipuẽ concordiam exigit sacerdo Episto. 34.
 tum, quibus vt à Leone pontifice vero maximo scriptũ est,
 etſi dignitas non est communis, est tamen ordo generalis,
 quoniam & inter beatissimos apostolos, in similitudine ho
 noris, fuit quedam discretio potestatis, & cum electio par
 esset omniũ, vni tamen datũ est, vt cæteris præmineret, de
 qua forma Episcoporu quoq; est orta distinctio, & magna
 dispositione promissum est, ne omnes sibi omnia vendicarẽt,
 sed essent in singulis prouincijs singuli, quoru inter fratres
 haberetur

haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus
 vrbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem,
 per quos ad vnā Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura con-
 flueret, & nihil vnquam à suo capite dissideret. Ex quibus
 verbis illud discimus, qui non dissensionis, verum pacis &
 dilectionis Deus est, eum vt pax & vnitas in ecclesia sua re-
 tineri possit, hanc rationem constituisse, vt non modo dis-
 cretus esset ordo sacerdotum, ab ordine laicorum, verum
 & inter ipsos etiam sacerdotes & Episcopos, quāuis ordo
 generalis, non esset tamen dignitas cōmunis, non est enim
 alius Episcoporum, quā sacerdotum ordo, verum digni-
 tas maior est Episcoporum. Inter Episcopos autem hono-
 ris quidem est similitudo, verum discretio potestatis, idem
 honos, eadem est dignitas Episcopi, qui infimo loco sedet,
 atq; vel Archiepiscopi, vel patriarchæ, vel summi etiam pō-
 tificis, qui papa, hoc est pater patrum appellatur, qui non
 magis est Episcopus quam quiuis alius ex ijs qui sunt ex-
 tremo loco, hoc tantum differt ab alijs, quod illi in partem
 sunt vocati sollicitudinis, penes hūc vero est plenitudo po-
 testatis. Nam si ex æquo possent omnes omnia retinere v-
 nitas non possit. Quare sicut antea docuimus à Christo fu-
 it institutum, vt de maioribus fidei presertim causis, ad vnū
 illum qui sedet in Petri cathedra, pontificem Romanum
 refferetur, quod ab apostolorum temporibus ad hæc vsq;
 nostra semper quidem à Catholicis, sæpe etiam fuit ab he-
 reticis obseruatum. Si quis autem secum diligentius expe-
 dat, quam admirabili consilio hic in Ecclesia sit ordo con-
 stitutus, facere non poterit quin dicat, à domino factum est
 istud

istud. Neq̃ enim humani ingenij, verum diuina res est sapi-
 entia. Principio, nemo illud ibit inficias, res sacras nō opor-
 tere nisi reuerenter tractari. Quæ autem adhiberi poterit
 reuerentia, si promiscue cuius ē fece vulgi ad tractandas
 illas aditus patebit? Si baiulis & zonarijs, si carnificibus es-
 tiam, quod apud istos factum videmus qui volunt ordinē
 ex Ecclesia sublatum, se deniq̃ sceminis quas ne loqui
 quidem in Ecclesia permittit apostolus, verbum Dei pre-
 dicare, baptizare, absoluerē, consecrare licebit? De Marcio-
 ne scribit Epiphanius, quod is mulieribus fecerit potestātē
 baptisandi, mox subdit, apud ipsos enim omnia sunt ludib-
 rio plena & nihil aliud. Reuera nihil aliud sūt apud
 istos quam ludibria sacramenta omnia, diuinaq̃ omnia,
 dum ita peruulgantur ac profanantur, quæ non nisi
 maxima cum reuerentia tractari oportebat. Ac re-
 cte de hoc generis hereticis scripsit Tertulianus. Ipse mulie-
 res hereticæ q̃ procaces? quæ audeant, docere, contem-
 dere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan &
 tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstātes,
 nunc Neophitos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc
 apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia Veritate nō
 possunt. Nusquā facilius proficitur quā in castris rebellū,
 vbi ipsum esse illic promereri est, & laicis sacerdotalia mu-
 nera iniungunt. Quamobrem summa quadam, neq̃ huma-
 na sed diuina ratione institutum est, vt Ecclesiæ ministros
 ordo distinctus esset à laicis. Iam inter ipsos Ecclesiæ minis-
 tros & hoc prudenter admodum est excogitatum, vt ne
 de repente cuius ad sacerdotij gradum proficere liceret, pri-

I. Cor. 14.
 Li. 3. contra
 Heret. heresi
 42.

De prescrip-
 tione aduersus
 Hereti.

us in minoribus exercebatur, ad hostia stabat aliquandiu,
quo munere cū recte functus esset, dabat ei potestas legēdi
prophetias, ac paulo post demonia expellēdi, in qbus offi-
cijs cum diligenter versatus fuisset, iam admittebatur intra
cancellos vbi mysteria peragebantur, non excludebatur cū
ceteris, quin Episcopis et p̄sbyteris p̄sto semper aderat
& eos continue sequebat̄, qua etiam ex causa acolitos dī-
ctos existimant. Postea quam vero ex diuturna cū sacerdo-
tibus consuetudine, ritum sacrōrū peragendorum aliqua
ex parte cognouisse visus ē, tū primū ad ordines q̄ sacri vocā-
tur promoueri licebat neq̄ sic tamē statim sacerdos ordina-
batur, verum subdiacono facto dabat̄ ei tantum potestas
vasa sacra calicem & patinam contrectandi, & ad sacerdo-
tis vsum ferendi, ac Epistolam cantandi. Ad Euangelium
vero cantandum & p̄dicandum non admittebatur nisi
prius diaconus esset ordinatus. Cum vero lector in scriptis
prophetarum, subdiaconus in Epistolis Apostolorum, dia-
conus autem in Euangelijs legendis iustum tempus posu-
isset, ac per suprascriptos gradus omnes ritum omnem sa-
crorum peragendorum diligenter inspexisset, tum primū
ad cōficiendū & offerri dum Christi corpus & sanguinē. ad
verbū eius anūciādū, & ad sacramēta fidelibus ministrāda
admittebatur, atq̄ ita omni ex parte perfectus tandem est
ordo, quatenus est sacramentum, nondum tamē profectus
est, quatenus facit ad vnitatem Ecclesiæ tuendam & con-
seruandam, quæ sine ordine constare non potest. Nam si
par esset sacerdotum omnium autoritas & potestas. effu-
gere schisma non liceret, futurū enim esset, quod hoc in fœ-
lici

hici seculo nostro euenisse videmus apud eos, qui semetipsos segregātes Euangelici quam Christiani dici maluerūt, ut secundum suum quisque sensum scripturas interpretaretur suo quisque iudicio atque arbitrio sacrorum peragendorum ritus veteres abrogaret ac novos institueret, atque ita non esset iam Ecclesia terra vnius labij & sermonum eorundem *Gene. II.* sed futura esset Babilon quedam confusis predicantiū linguis, ut nō audiat vnusquisque vocem proximi sui, qualis res vera est apud eos apud quos omnis Episcoporum iurisdicio & autoritas est abrogata miserandam ibi videre licet Ecclesiae faciem, non solum quod secus in vna ciuitate docetur quam in alia, quodque fidelibus luditur, non fides vna retinetur, verum etiam quod in vna et eadē ciuitate, aliud hic in templo, aliud ille e loco superiore detonat, huic ille Suermers, ille contra huic hereticus est, atque ita preclarū istud si dño placet, Euangelium secum ipsum pugnat. Interea vero, scinditur incertū studia in contraria vulgus, hic dicit ego sum sancti Lutheri, alius Ego vero sancti Zuinglij alius ego vero sancti Caluini, alius ego vero sancti Balthasaris Anabaptistae, alius ego vero sancti Schuenseldij, alius ego vero sanctorum omnium Suermersorum, sic huic sanctum videtur quod Lutherus, illi quod Calvinus vel alius quisquam hereticorum scripsit, neque minus habere id vult authoritatis, quam ipsum apostolorum symbolum, neque iam scripturarum canonicarum, sed alicuius ex hereticis autoritate sententiā suam confirmare conatur. Quid hic aliud expectandum est in hac ipsorum inter se, qui se à Christi corpore auullerunt dimicatione? quam quod à propheta dicitur

Osee 10.

Actu. 20.

*Cicero. pro
Plautino.*

Titu. 1.

ctum est. Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Vtinam autem saluis ihs qui errauerunt primo quoq; tempore error ipse intereat. Huius itaq; generis schismata non oriuntur in Ecclesia, aut si quæ orta essent vt priusq; radices altius agere cepissent extirpari tempore possent, prouidere volens spiritus sanctus, posuit Episcopos regere Ecclesiã Dei quam acquisiuit sanguine suo, qui ex eo nomen sortiti sunt, quod omnes inspiciant, cunctaq; speculentur, ac diligenter attendant non modo de populo, verũ etiam de clero, quomodo vitam quisq; suam instituat, ac in primis de doctrina cuiusq; acuratus inquirat, quæ si sana nõ sit, nihil vita proderit quãlibet laudata. Nam sicubi fidei firmũ & stabile fundamentum iactum non est quicquid superstruxeris corruet. Quamobrem hæc prima & precipua Episcoporum cura est & esse debet, sana vt in Ecclesia doctrina conseruetur neq; fas cuiquam sit somnia sui capitis pro Euangelio populo venditare. Planum id antea fecimus verbi ministerium peculiariter ad Episcopos pertinere, quare non est cuiquam licitum illud sibi sumere, nisi mandatum ab Episcopo fuerit. Neq; enim alicuius profani magistratus munus est arbitrari suo verbi sacrorumq; ministros instituere, multominus autem vulgi, de quo preclare scripsit quidam quod non est in eo consilium, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperq; sapiẽtes ea quæ fecisset populus ferenda, non semper laudanda duxerunt. At solos Episcopos ea cura proprie pertinet. Legimus Timoteum & Titum à Paulo constitutos Episcopos. Tito vero mādātum ab illo fuisse vt ipse non vt populus qui docendus nõ sequendus

sequendus est, aut profanus magistratus aliquis constitueret per ciuitates presbiteros. Legat qui volet & acta & epistolae Apostolorum omnium, nusquam reperiet quod quicquam hac in parte sibi iuris vel populus, vel profanus magistratus usurpauerit. Sed fuit aliquando penes populum electio. Fuerit, verum hoc nunquam fuit ut ipse sibi constitueret sacerdotem aut Episcopum, ostendebat quidem quod sibi dari vellet verum institutio sacerdotis non fuit nisi penes Episcopum Episcopi vero penes Romanum pontificem. Meminit Chrysostomus electionis quae fiebat per populum, verum ita minime ut laudanda quin reprehendenda potius existimaret, his enim verbis utitur. Ito iam hinc, ac publica festa spectato, ea dico in quibus dignitatum Ecclesiasticarum Electiones de more fiunt & tam multis videbis ibi criminationibus lacerari Episcopum, quanta est tota illa subditorum multitudo quibus eligendi potestas concessa est. Hos omnes tam in multas factiones scindi, neque inter se consentire, neque cum eo cui sorte Episcopatus delatus est conuenire videas, sed unusquisque a suis vnius partibus stat, alius hunc, alius illum eligens, cuius rei causa haec est, quod id ipsum non spectant quod solum spectandum fuerat, nempe animi virtutem, sed aliae sunt causae quibus honor is conciliatur, verbi gratia, hic quod claro genere natus sit in episcopatus inquit ordinem cooptetur, ille quod opibus abundat neque indigeat alimentis ex Ecclesiae prouentibus quelitis, alius quod ab aduersariis ad nos transfugerit, alius sibi genere propinquum ac necessarium alius adulatorem ceteris anteponere mauult, nemo est qui eum qui idoneus sit spectare velit, aut animi partes explo-

Li. 3. de sacer
doti.

Y Y in rare

Augusti. Epist.
110.

Epist. 3. Li. 1.

Ad Romanū
Archiepisco.
Rauennatem
Ad Ioānē Ra
uennatem.
Archiepiscopū.
Epist. 34.

Hæc fuit eligendi per populum ratio Chrysostomi temporibus. Neq; diuersa fuit Augustini seculo qui nō longo post illū interuallo, præfuit Hiponēsi Ecclesiæ. Quæ etiam ex causâ faciendum putauit, vt quemadmodum ipse nō successerat, sed accesserat Valerio, siciuens Ecclesiæ suæ de successore prouideret, quod sciret per ambiciosos & contentiosos homines ecclesias perturbari solere. In quadam ad Cornelium Epistola Cyprianus de Episcopi electione mentionem faciens, diuini primum iudicij, deinde populi suffragij postremo coepiscoporum consensus meminit. In ea vero quæ proximæ sequitur de vniuersæ fraternitatis suffragio, deq; Episcoporum qui in presentia conuenerant iudicio Sabino delatum Episcopatum scribit. Neq; dubium est, quin quo tempore vigeat persecutio christianorum, cum Episcopatum desiderare nihil r̃s fuerit aliud quam velle martyrem fieri, & ambitio minor, & in eligendo maior fuerit populi grauitas & constantia. Posteaq; vero secundis Christianorum rebus paulatim irrepsit ambitio corrupto iam Ecclesiæ statu, commutata fuit ea ratio, ita vt sacerdotum quidem electio, fidelis vero populi consensus tantum adhibetur, quemadmodum ex Stephani & Nicolai pontificum epistolis docemur, ita tamen vt penes pontificem Romanū episcopum aut certe metropolitanum constituendi potestas esset, qui nisi quid impediret, non inuitus cleri plebisq; consensum & desiderium sequebatur. Morem hunc describit Leo p̃t̃ifex r̃s verbis, vota inquit ciuium, testimonia populorum, honoratorū arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus sacerdotū constituantur.

stituantur. Origenes requiri scribit in ordinando sacerdote
& presentiam populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui
prestancior est ex omni populo, qui doctior sanctior, qui
in omni virtute eminencior, ille eligitur ad sacerdotiū, &
hoc astante populo, ne qua post modū retractatio cuiquā
ne quis scrupulus resideret. Sic in veteri quoq; lege coram
omni sinagoga iubet Deus constitui sacerdotem, hoc est in
quit Ciprianus, instituit & ostēdit, ordinationes sacerdota-
les, nō nisi sub populi assistentis cōscientia fieri oportere, ut
plebe presente, vel detegant malorū crimina, vel bonorū
merita predicetur, & si, ordinatio iusta & legitima, quāvis
autem hoc nostrum seculū sit longe corruptissimū, observa-
ri tamen etiam nunc videmus, ut ordinationes fiant presen-
te populo, cuius etsi suffragia non requiruntur, admouet
tamen is, ut si quid habeat quod obijcere possit contra or-
dinandum, dicat intrepidus: qđ si tacuerint omnes consē-
sisse iam in ordinandum videtur. Quod autē attinet ad ali-
quem huic vel illi Ecclesiæ proficiendum, nō tam imperitæ
multitudinis, quam patronorum voluntatis & desiderij ra-
cio nūc habet. Hi quem dignū esse censuerint, ad gerendū
in Ecclesia sacerdotiū offerunt Episcopo, qui si cognoue-
rit idoneū nihil iam impedit quominus ipsius autoritate
Ecclesiæ illius ministerio fungatur. Sic fieri videmus, ut de
minoribus Ecclesiæ ministris penes Episcopos, de Episco-
pis vero constituendis, iudiciū & potestas penes eū sit qui
pater est patrum Romanū pontificem, sic vnitas in Eccle-
sia retinetur, sic schismatibus obuiā itur, sic ut id ipsum sapi-
ant, id ipsum dicant, idem sentiant omnes prouidet, dū
vnus

Nume. 20.

Epist. 4. Li 1.

2. Timo. 4.
Actu. 17.

Vnius diocēseos vnus est Episcopus, cui tanq̃ patri: non reli-
quus modo grex à Deo sibi cōcreditus, verū & sacerdotes
omnes dicto sunt audientes. Omnium autē Episcoporū in
omnibus totius orbis Christiani prouincijs, vnus tanquam
cōmunis pater est Romanus pontifex, ex quo pendent, cuius
iūs authoritatem sequūt̃ ad quē de causis maioribus omni-
bus referunt omnes. Hac ratione visum est spiritui sancto
cōcordem in Ecclesia Dei doctrinam cōseruare. Nam si
vel magistratui vel populo cuiuscūq; ciuitatis aut oppidi
iudicio suo, non relata prius re ac Episcopū citra ipsius a u-
thoritatem, cōstituere sibi presbyteros liceret, tot essēt schi-
smata, quod sacerdotes, ad sua quisq; desideria coaceruaret
sibi magistros prurientes auribus, cum presertim idem nūc
de plerisq; in prouincia hac nostra dici possit, quod de
Atheniensibus in actis Apostolorum scriptū legimus, qđ
ad nihil aliud vocant quam aut dicere, aut audire aliquid
nouī. Iudicium itaq; de verbi ministris, deq; doctrina eorū,
non aliorum esse quam Episcoporum adeo certū est & in-
dubitatum, vt illi ipsi qui nō eorum tam quā Christi suaue
iugū per eos ecclesiā suā regētis excusserūt in cōfessione sua
Augustana diserte scripserūt hāc Episcoporū esse iurisdic-
tionem de doctrina cognoscere, & doctrinam ab Euāgelio
dissencientem reiicere, simuletiam impios quorum nota est
impietas excludere à cōmunionē Ecclesiæ. Tāta est vis veri-
tatis, vt vel inuitis etiam & repugnantibus hīs qui eam op-
presam capiunt, per ipsorum nihilominus iugulum erūpat.
Verum hic isti causificantur, esse plerosq; indoctos Episco-
pos, vt de sana doctrina iudicare non possint, quid si causi-
ficatores

ficatores isti nihil suo iudicio tribuētes multo ipsi sunt indo-
 ctiores, neq; enim nescimus, qui sint isti q; res nouas in hac
 prouincia moliantur, adeo literarum omniū rudes pleriq;
 omnes, vt vix etiam paulum aliquid vltra prima elementa
 progressi videantur. Est autem Dei gratia, cuius hoc est so-
 lus beneficium, quod nullum fuit vnquā tempus ex quo
 lux Euangelij nobis affulsit, quo non habuerit Episcopos
 hęc nostra prouincia, viros & prudentia, & doctrina insi-
 gnes. Verum demus hoc illis, reperiri nonnunquam inter
 eos aliquem non doctissimum, atqui prouidit huic quoq;
 rei spiritus sanctus, magna enim ex parte ita videre licet
 Ecclesias dotatas, vt minime desint Episcopis facultates
 quibus viros doctos in comitatu suo alere queant. Deinde
 vero, sunt in vnaquaq; cathedrali Ecclesia sacerdotum col-
 legia constituta, quos canonicos vocant, qui sunt à cōsilijs
 Episcoporum, in quibus & ipsis reperiuntur sæpe non pau-
 ci doctrina prestantes. Quamobrem sicut Moyses, cum so-
 lus haberet potestatem preesse populo, septuaginta pres-
 byteros elegit, quibuscum populum iudicaret. Sic Episco-
 pus, quamuis principem in Ecclesia locum teneat, adsciscit
 tamen & ipse presbyteros quoties de re aliqua grauiore su-
 scipi deliberationem oportet, sine quorum consilio etiam
 nihil agi fuisse solitum in Ecclesia scribit Ambrosius. Sed
 tanta nunc est morum in quibusdam peruersitas, vt cuius-
 uis potius quam Episcopi sui iudicium de doctrina requi-
 rant. Aquæ furtiux dulciores & panis absconditus illis est
 suauior, sit alius quispiam, neq; doctus, neq; virtute vlla pre-
 ditus, quin ex omni viciorum genere conflatus, modo noui

Exodi. 18.

In cap. 5. epis
ad Timotheū

Prouer. 10.

Zz proferat

Luc. 10.

Lib. 4. Epi. 9

proferat aliquid, quod cum sanctæ catholicæ Ecclesiæ recepta doctrina pugnet, statim audiunt, & in oculis ferūt quālibet improbum & indoctum. Atqui nō hoc habet Augustana confessio, quam isti se tāquam Christianū amplecti non obscure ferunt, & in eam se nonnulli conceptis verbis curasse profitentur, quæ certe iurisdictionem concedit Episcopis de doctrina cognoscendi, & doctrinam ab Evangelio dissidentem reñciendi, atq; hic necessario & iure diuino debere dicit eis Ecclesias prestare obedientiam, iuxta illud qui nos audit me audit. Verum dissidet aiunt Episcoporum doctrina ab Evangelio. Quam autem sibi isti non constant quamq; secum ipsi pugnant, docent Episcopis iurisdictionē competere de doctrina cognoscendi, & interea doctrinam eorum tanquam ab Evangelio dissidentem reñciunt & cōdemnant. Est ne hoc de doctrina iudicium Episcopis permittere, ac non sibi potius hanc authoritatem arrogare, tu vt iudices illum cuius te iudicio subiectum, quem aut aliter quam se ipsum te Deus audire voluit. Vnde autē schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur dicit Cyprianus nisi dum Episcopus qui vnus est & Ecclesiæ præest superba quorundam presumptione cōtemnitur, & homo dignatione Dei honoratus ab indignis hominibus iudicat. Quis enim est hic superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem suam prepositos & sacerdotes vocare, ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti etiam sex annis nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs prepositum, nec grex pastorem, nec Ecclesia gubernatorem, nec Christus antistitem, nec Deus sacerdotem

terdotem. Subueniat Pupianus & sententiam dicat, iudici-
um Dei & Christi in apertum referat, ne tantus fidelium nu-
merus qui sub nobis accersitus est sine spe salutis & pacis
exisse videatur, ne nouus credentium populus nullam per
nos consequutus esse baptismi gratiam & spiritus sancti iu-
dicetur, ne tot lapsis & poenitentibus pax data, & commu-
nicatio nostra examinatione concessa iudicij sui authorita-
te soluatur. Annue aliquando, & dignare pronunciare de
nobis, & episcopatum nostrum tue cognitionis authorita-
te firmare, vt Deus & Christus agere tibi gratias possint,
quod per te Antistes & rector altari eorum pariter & ple-
bi sit restitutus. Apes habent regem & iudicem, & ei fidem
seruant, latrones mancipi obsequio pleno humilitatis ob-
temperant, quanto simpliciores et meliores brutæ pecudes
& muta animalia, & cruenti licet ac furentes inter gladios
atq; inter arma prædones. Prepositus illic agnoscitur, & ti-
metur, quem non sententia diuina constituit, sed in quæ fa-
ctio perdita, & nocens ceterua cõsentit. Quod Pupiano san-
ctus pontifex & martir Cyprianus, hoc sibi quoq; dictum
isti putent, in quibus tantus est superbix tumor, tanta ani-
mi arrogantia, tanta mentis inflatio, vt ad cognitionem
suam Episcopos vocare audeant, ac nisi apud eos purgati,
ac eorum sententia sint absoluti, non sex, quemadmodum
scribit Cyprianus, sed sexcentis annis neq; sacerdotes, neq;
Episcopos, neq; sanam Euangelij doctrinam Polonia ha-
buerit, neq; Christum vnquam agnouerit. Non fuerit Epi-
scopus Adalbertus, non fuerit Stanislaus, qui Christi Euā-
gelium sanguine suo signatum nobis reliquerunt. Quid aut

Zz ij

aliud

aliud illi docuerunt: quam quod successores eorum docuerunt, quod nunc etiam docent illi qui loca eorum tenent, nimirum de quo inicio scripsimus Iesum Christum & hunc crucifixum. Hunc non modo sermonibus & scriptis, verum & certorum dierum observationibus, & signis & imaginibus, & habitu, gestu, actione variisque ceremoniis, denique omni quacunque fieri potuit ratione, non tantum animis fidelium insingere, Verum & rudium oculis ingerere conati sunt, ut si quis mente comprehendere non posset, vel manibus ei contrectare liceret. Istorum ne doctrina dissidet ab Evangelio, ac non vestra potius qui sicut antea per nos fuit demonstratum Christi crucifixi memoriam omnem ex omnium animis euellere, sempiternaque obliuione obruere nixi estis, externis illis signis quibus ea rudiorum animis insculpebatur abolendis, unde etiam ansa data est alijs, quandoquidem externa omnia in contemptum adduxistis, externum etiam verbi ministerium abrogandi. Quid autem aliud est ab Episcopo se segregare, nouamque sibi cathedram constituere, quam a Christi corpore, quae est Ecclesia separari? Recte enim preclarus idem pontifex & martyr Ciprianus. Illi sunt inquit Ecclesia, & plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adherens, unde scire debes, episcopum in Ecclesia esse & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse. Caterum, quam graue sit crimen, ab Episcopo se velle secernere docet idem alio loco Cyprianus Libenter enim sanctissimi martiris utimur testimonio, cuius haec verba sunt. Auerfandus talis inquit atque fugiendus quisquis fuerit ab Ecclesia separatus, peruersus est eius mor-

di, &

Li. 4. Epist. 9.

Traſlat. 3. de
ſimplicit. pre
latorum.

di, & peccat, & à seipso damnatus. An esse sibi cum Christo videtur qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se à Clerici eius vel plebis societate scernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat, hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, p fide, perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, præcem alteram illicitis vocibus facere, dominicæ hostiæ veritatem, per falsa sacrificia profanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur. Sic, Core, & Dathan, & Abyron qui sibi contra Aaron & Moisen sacerdotes sacrificantes licentiam vendicare conati sint, pœnas statim pro suis conatibus penderunt, terra compagibus ruptis in profundum suum patuit, stantes atq; viuentes recedentis soli hyatus absorbuit, nec tantum eos qui authores fuerant Dei indignâ tis ira percussit, sed & cæteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & criminis, qui coagulati cum hisdem simul ad audaciam fuerant, exiens à domino ignis perperata ultione consumpsit, admonens scilicet & ostendens contra Deum fieri quicquid improbi fuerit ad destruendâ ordinationem Dei, humana voluntate conati. Sic & Ozi-

Numeri. 16.

2. Para. 26.

as Rex cum turribulum ferens, & contra legem Dei sacrificium sibi violenter assumens resistente sibi Azaria sacerdote obtemperare nolit & cedere, diuina indignatione confusus, & lepræ varietate in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus offenso domino, vbi signantur qui dominum

Zz in

prome

De baptismo
contra Dona-
ti. li. 2. ca. 6.

Exodi. 32.
Hiere. 36.

Nume. 16.

promerent. Augustinus grauius esse censet schismatis quam idololatriæ crimen, inde argumento sumpto, quod multo de schismaticis sumptum est supplicium atrocius, quam de quibuscunq; alijs, quibuscunq; tandem flagitijs & sceleribus cooptis. Tempore inquit illo, quo dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum atq; adoratum est, & propheticus liber ira regis contemptoris incensus & schisma tentatum, & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate, schisma hyatu terræ, sepultis authoribus viuis & cæteris cœlesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum quod est grauius vindicatum? vel hinc discant, quanto se scelere constriquant, quamq; grauiorum suppliciorum se debitores constituent, qui discessione facta à pastore suo & à reliquo grege illi adherente altare contra altare erigere, nouamq; sibi cathedram constituere conantur. Verum hic dicet aliquis qd tu: nunquid Episcopos non esse putas homines, qui & errare possint, & docere nonnunquam quæ cum Euangelio palam pugnare videantur? Quam multos autem non tantum Episcopos, verum & primi nominis patriarchas commemorare licet, qui in hæresim lapsi discesserunt à fide? Nonne hoc Constantinopolitano, nonne Hierosolimitano, nonne Antiocheno, nonne Alexandrino patriarchis euenisse legimus? num igitur si quis talis contingat Episcopus eius mihi nihilominus error sequendus, num eius doctrinæ adherendum est? Est ita vt dicis, homo est Episcopus eadem infirmitate qua cæteri mortales peditus, vt & errare ipse, & alios

& alios in errorem inducere possit. Ac vidimus nostra quæ
 ætate quosdam Episcopos à fide discessisse, verum quod a-
 rea demonstrauimus non sine causa constituta sunt colle-
 gia sacerdotum, ad quæ de doctrina, si quæ parum sana p-
 pagari videtur referre licet. Quæ videmus alicubi puram
 Euangelij doctrinam retinuisse quam Episcopus fraudi-
 bus hæreticorum seductus deseruerat. Deinde sunt synodi
 Diocesana, est metropolitanus Episcopus quem Archiepi-
 scopum vocant, sunt synodi prouinciales, est postremo pa-
 ter patrum omnium Romanus pontifex, sunt concilia Aea-
 cumenica, adeo multa remedia Deus instituit ad quæ con-
 fugere liceret si doctrina Episcopi alicuius suspecta habe-
 retur. Cæterum vt tu ad cognitionem tuam voces Episco-
 pum, vt de doctrina illius iudices, vt eam priuato tuo iudi-
 cio condemnes, teq; ab illo propria tua autoritate segre-
 ges sacrilegæ cuiusdam temeritatis, insolentissimeq; ac mi-
 nime ferendæ est insanix. Sed hic iterum vsitata illa cantila-
 lena nobis occinitur, non fungi officio suo Episcopos, & sa-
 cerdotes, esse mores illorum perditos, esse vitam omni vici-
 orum genere contaminatam. Atq; vtinam quam est vsita-
 ta tam esset falsa cantilena hæc, verum proh dolor veriora
 sunt, & omnium oculis testatiora in plerisq; quam vt nega-
 ri possit. Declinatum est ab officij religione deflexum est *psal. 13.*
 de recto vitæ curriculo. Omnes declinauimus & inutiles
 facti sumus, deq; eo ordine qui vnus est omnium nobilissi-
 mus atq; excellentissimus recte dici potest. Homo cum in *psal. 48.*
 honore esset non intellexit, & comparatus est iumentis in-
 sapientibus. Neq; tamen hæc iusta causa est sicut antea do-
 cuimus

Ezechie. 16.
Homilia 7.

cuius propter vicia eorum qui president, Ecclesie communionem deferere velle, ac responsum quidem est Ihs ubi de Ecclesia tractauimus, verum hic quicquid non nostris, sed vetustissimorum eorumque & doctrina & pietate excellentissimorum virorum Origenis & Ioannis Chrysostomi verbis respondere visum est. Quorum ille in Ezechielem scribens ita loquitur, explicans illum locum Accepisti vestimenta varia & operuisti illa, varia vestis inquit, est et hic vnus in scripturis locus quo induimur assumptis viscera misericordiae, benignitatis, mansuetudinis, longanimitatis ad sufferendum iniuriam. Has varias vestes & pulchros amictus, quos nobis largitus est Deus si laceramus atque conscindemus, ac circumdamus falsa doctrina ad deceptionem hominum, non dubium est quin varijs vestibus operiamus idola. Intelligis autem hoc quod dicitur, si rem ipsam manifestius describamus. Vide mihi aliquem Marcionistam, siue discipulum Valentini, aut certe cuiuslibet haereseos defensorem, & considera quomodo Idola sua id est figmenta quae ipse composuit mansuetudine & castitate vestiatur, ut in aures audientium facilius ex vitae bonitate ornatus sermo subrepat, & cum hoc fecerit, intellige eum assumpsisse vestem variam morum, & conuersationis optimam, & idolis subiecisse quae ipse construxit. Ac iuxta mei quidem animi sensum, multo nocentior est haereticus bonae vitae, & plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conuersatione maculat, qui enim vitae pessima est, non facile homines ad falsum dogma sollicitat, nec potest per umbram sanctitatis audientium decipere simplicitatem, qui vero sermone peruersus est, & discipulis

plinis saluti contrarius, mores autem compositos & ornatos habet, nihil facit aliud, nisi accipit indumenta varia instituta bene & conuersationis quietæ, & circumdat ea idolis suis, vt magis decipiat audientes. Idcirco sollicite caueamus hereticos, qui conuersationis optimæ sunt, quorū forte vitā, non tā Deus quam Diabolus instruxit. Nam quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponūt ut facilius aues capiant per oblectamentū gulæ, sic vt audacius dicam, est quedam castitas Diaboli idest decipula humanæ animæ, ut per istiusmodi castitatem, mansuetudinē, & iustitiā possit facilius capere, & falsis sermonibus irretiri. Diuersis diabolus pugnat insidijs, vt miserum perdat hominem, & bonam malis tribuit vitā ad decipiendos videntes, & malam bonis induit conscientiam. mihi ipsi qui in Ecclesia prædico laqueos sepe tendit, vt totam Ecclesiā ex mea conuersatione confundam, & ideo plus qui sunt in medio oppugnantur ab inimico, vt per ruinā vnius hominis quæ cælari non potest, omnibus scandalum fiat, & impediatur fides per cōuersationem pessimam clericorū. Omnia vt diximus diabolus operatur, & ea quæ videntur esse bona nec sunt, vt ea quæ per naturam suam mala sunt, omnia aduersus humanam comentatur animam, Vnde qui curam habet vitæ suæ, neq; mansuetudinē hereticorum capitur ad consentiendum doctrinæ eorū, neq; meis delictis qui videor in Ecclesia prædicare, scandalisabitur, sed ipsum dogma considerans, & pertractans Ecclesiæ fidem a me quidem auersabitur, doctrinam vero suscipiet, secundum præceptum domini qui agit. Super cathedram Moysi se-

Matthæi. 23.

derunt scribæ & pharisei, omnia quaecumq; vobis dicunt au-
dite & facite iuxta opera autem illorum nolite facere, di-
cunt quippe & non faciunt. Iste sermo de me est qui bona
doceo, & contraria gero, & sum sedens super cathedrâ Mo-
ysi quasi scriba & phariseus. Præceptum tibi est o popule,
si non habueris accusationem doctrinæ pessimæ, & alieno-
rum ab Ecclesia dogmatum, cōspexeris vero meam culpa-
bilem vitam atq; peccata, vt non habeas iuxta dicentis vi-
tam tuam instituere, sed ea facere quæ loquor. Nullū imite-
mur, & si volumus imitari quempiam propositus est no-
bis ad imitandum Christus Iesus. Descripti sunt actus A-
postolorum, & prophetarum gesta de sacris voluminibus
agnoscimus illud exemplar firmum est, illud propositum
solidum quod qui sequi cupit, securus ingreditur. Si vero
querimus nobis culpabiles ad emulandum, vt cum dica-
mus ille docet & ihs quæ docet facit ipse contraria, aduer-
sus præceptum domini facimus, qui mandauit doctrinas
magistrorum magis considerari debere, quam vitas. Ioan-
nes vero Chrysostomus, alterā ad Timotheū Epistolā enar-
rans. Hoc nempe inquit est malorum omniū causa quod
rektorū authoritas perit, nulla illis reuerentia habet-
tur, nullus honor, nullus metus, obedite inquit prepositis
vestris & subditi estote illis. At nunc peruersa et cōfusa sūt
omnia. Neq; hæc prepositorū gratia dico, quid enim illi de
nostro honore lucrātur? nisi inquantū obtemperantes ha-
bebunt, idq; pro vtilitate nostra. Hi enim licet honorentur
nihil ex eo honore in futurū lucrantur, maiorēq; damnatio-
nē inde suscipiūt, Et si paciant in iurias, nihil ex eis detrimē-
tū

Homili. 2.

Hebreo. 12.

uim

ti in futurum acquirunt imino & meritorum illis actedit
 cumulus atq; defensio nostri deniq; causa cuncta illi faci-
 unt. Nam siue honorantur à subditis et hoc illis fieri iubet,
 quemadmodū dicebat Heli assumpsi te de domo patris
 tui, siue iniurijs afficiantur, hoc in se Deus ipse perpetitur,
 sicut ad Samuelem ait. Non te spreuerunt sed me. Itaq; il-
 lis contumelia lucrum honor vero onus est, non ergo hac
 illorum gratia sed vestri causa dico. Qui honorat sacerdo-
 tem Deum quoq; honorat, qui vero sacerdotem spernit, ad
 id sensim prolabitur vt in Deum ipsum aliquando contu-
 meliosus euadat. Qui vos inquit suscipit, me suscipit. Et sa-
 cerdotes ait eius in honore habete. Hinc Iudei Deum asp-
 nari didicerunt quia Moysen contempsere qui lapidibus il-
 lum impetebant. Nam qui pie sacerdoti afficit, longe ma-
 iore pietate Deum reueretur. Et si enim malus fuerit sa-
 cerdos quispiam, attendit Deus qd' sui causa illum etiam
 qui dignus honore non est obsequijs foues, ipseq; tibi pre-
 mia exoluet. Si enim qui prophetam in nomine prophetæ
 suscipit, mercedem prophetæ actipiet, profecto & qui cæ-
 dit & obtemperat sacerdoti, mercede sua non destituetur.
 Nam si vbi de hospitalitate agitur tantum, vbi quem susci-
 pis ignoras tantum premiorū actipis: si ei subijciaris cui im-
 perat Deus, non multo magis mercede donaberis? Super
 cathedram inquit Moysi sederunt scribæ & pharisei omnia
 ergo quecūq; dixerit vobis facere, facite, secūdū autē opera
 eorū ne faciatis. An ignoras quid sit sacerdos. Angelus utiq;
 domini est, non ex se ipso loquitur. si despicias non illū des-
 picis sed Deum qui illum ordinauit. Sed vn de inquires con-

1. Regū. 2.

1. Regū. 8.

Matthe. 10

Numer. 11:

et 14.

Matthei. 10

Matthei. 23.

Aaa ij

stat

Nume. 22.

Matthæi. 7.

I. Cor. 4.

Roma. 14.

Nume. 16.

stat deum fuisse illius ordinationis authorem. Nepe nisi tu hanc habeas opinionem spes tua inanis facta est. Nam si nihil per illū operatur deus, neq; lauacrum habes, neq; ministeriorū particeps es, neq; benedictionibus frueris. Non ergo Christianus es. Quid ergo? Deus omnes ordinat etiā indignos. Non omnes quidem ordinat, per omnes tamen imple operatur salutem populi moliens, non illorum intuitus merita. Nam si per asinæ os, si per Balaam scelestū hominē populi causa loquutus est, multo magis loquitur per sacerdotem plebis suæ gratia. Quid enim non agit Deus salutis nostræ causa? quid non loquitur? per quem non operatur? Si enim per Iudam operatus ē, & per prophetas quibus dicturus est nō noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem, perq; illos qui demones in nomine suo eiecerunt, nō magis per sacerdotes diuino ministerio famulantes operabitur? Namq; si prepositorum vitas discutere pergimus, ipsi doctores nostros ordinare contendimus, peruerloq; ordine naturali quæ supra sunt, infra esse volumus, ut supnis pedes infernis vero sit caput, audi quid Paulus dicat, mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer aut ab humano iudicio. Et iterū tu quid iudicas fratrem tuū? Si fratrem iudicare non expedit, quanto minus magistrum? Nam si qui dē hoc statuit Deus bene facis peccasq; ni facias, sin vero contraria præcipit, noli præsumere, neq; ea coneris quæ supra te sunt. Insurrexerunt aduersus Aaron post vituli formatam effigiem. Core Datan & Abirō. Quid ergo? non ne illi periere? Quilibet quæ ad se pertinent sollicite curet. Nā si quidem fidei dogma peruertat, etiam si angelus sit obaudi

dire

dire noli, sin vero recta docet noli vitæ sed verbis intēdere.
 Habes Paulum verbis, te operibusq; moderantem. Nō dis-
 tribuit pauperibus inquires, non bene dispensat ecclesiæ res
 Vnde tibi id constat: noli illū culpāre anteq̃ discas. Reatū
 caue, plurima quippe ex simplici suspitione iudicant. Imis *Gene. 18.*
 tare deum tuū, audi ipsum dicentem Descendēs videbo &
 si secundum clamorem suū consumantur, sin autem vt sciā
 Quod & si di dicisti & examinasti, & vidisti iudicem sultine.
 Noli pręripere Christi iudicis ordinē, illius est munus ista
 discutere, non tuū. Tu seruus vltimus non dominus es, ouis
 ipse es, pastorem noli curiose discutere, ne eius quoq; crimi-
 nis reus tenearis quod illū accusare pręsumis. Et q̃modo in-
 quies id mihi dicit quod ipse non facit? Non tibi ipse dicit.
 Nam si illi obtemperas, mercede priuaris, Christus hæc ad-
 monet. Plus aliquid dicam ne Paulo quidem obedire oportet
 si quid dixerit propriū, si quid humanum, sed Apostolo
 Christum in se loquentem circumferēti. Non igitur aliena
 iudicemus, sua quisq; discutiat, vitamq; diiudicet suā. At de-
 bet ille inquires melior esse quā ego. Cur obsecro? Quia sa-
 cerdos est. Et quid habet ille amplius q̃ tu non labo-
 res? non angores, nō erumnas? Debet esse te melior? Quid
 ergo? nisi sit melior te ipsum perdis ac perimis? Sūt verba
 ista plena arrogantiæ. Vnde enim nosti illū te non esse me-
 liorē? Furat inquires & sacrilegus est. Vnde hoc nosti ò ho-
 mo? cur te ipsū per pręcipitia impellis? Nempe si quis dixe-
 rit ille purpurā habet, quamuis id scias, aurem obruis, & si
 arguere possis, protinus resilis teq; scire dissimulas, nolens
 gratis subire periculū. Quid ergo hoc in loco periculū mini

Matth. 12.

L. 13.

Gala. 6.

me necessariū suscipis: nō carēt reatu hęc verba. Audi q
dixerit Christ⁹ Dico autē vobis, qd ōne verbū ociosū qd cūq;
loquuti fuerint homines, reddēt rationē de eo in die iudicij
Cur teipsū quouis arbitraris esse meliorē, cur non ingemis-
cis magis ac pectus tūdis, atq; in humum respicis imitādo
foelicem publicanū? Et si enim melior sis, hac fæda existis-
tatione tua cuncta perdidisti. melior es tace, vt persistas
esse melior, qd si loquaris, ōnia exinanisti. Site putas esse,
desisti si non putas multum sane profecisti. Si enim qui pe-
ccator aduenerat vbi confessus est iustificatus descendere
meruit, qui peccator nō est & esse se putat, quid oro nō lu-
crabitur? quantum ex ea humilitate suis adnciet cōmodis?
Vitā tuam diligentius discute, Fur nō es at rapis, at violas,
at in numerā cuiusmodi perpetrās, neq; id vt furtū probē
dixerim absit, immo illud valde execror, & eū qui est eius-
modi defleo, nam dici nō potest quā sit sacrilegū malū. Sed
vobis parco nolo enim virtutē vestram alios acusando mi-
nuere. Quid oro publicano deterius? at cum esset innume-
ris peccatis obnoxius phariseusq; id solum diceret, nō sum
sicut publicanus iste, omnia perdidit. Tu de sacerdote dicis
non sū sicut iste sacrilegus, & non omnia prorsus ammites.
Ista necessario dicere ac plurimis verbis prosequi cogor, nō
sacerdotū tantū gratia sed vestri, nā vereor ne hac elatione
virtus exhauriat vestra, in iudiciūq; decidatis. Audi deniq;
qd dicat admonēs Paul⁹, opus autē suū probet vnusquisq;
& tūc in semetipso tantū habebit gloriā & nō in altero. Nā
dic oro si saucius proficiscaris ad medicum num ommissa
cura vulneris tui, studiose medicū percuntaris vulnus ille
habeat

habeat necne? an Vero & si ille sit sauius, vulnus tuū iecir-
 co non curas, dicisq; sanū illū esse oportuit medicus cum
 sit? quando Vero sanus medicus nō ē abscedo, vulnus meū
 insanabile referrens, Nonquid enim si sacerdos malus sit,
 inde solatium capiet subditus? nihil minus, Cæterū dabit
 ille quidem scelerū suorum debitas pœnas. dabis autem &
 tu tuorum criminū penas. Et enim magister solū iā ordinē ^{Ioan. 6.}
 implet. Erūt enim inquit omnes docibiles DEI, neq; dicēt
 agnosce dominū, omnes enim agnoscent me à minimo vsq;
 ad maximū eorum. Cuius ergo rei gratia inquires p̄sident,
 cur p̄positus ē? ne quæso doctores nostros maledictis im-
 petamus, vti ne nosmetipsos ledamus, nostra vt dixi ōnia
 discuciamus, & neminē penitus maledicemus, reueremur
 diem illam qua illuminati ab illis sumus. Patrē qui habet,
 & si mille patiatur incōmoda omnia patris reuerentia con-
 teget. Noli enim inquit gloriari in ignominia patris tui, ^{Eccle. 3.}
 neq; enim tibi tā gloria q̄ probrū est. Et si sensū amiserit veni-
 am habe, lōge hæc magis in patre spiritali dicēda sūt. Re-
 uerere illū qd' tibi dieb; singulis diuina ministrat, scriptu-
 ras relegi facit tua gratia exornat domū, p̄pter te vigilat p̄-
 pter te vota persoluit, pro te deū p̄caturus adstat, tui cau-
 sa p̄ces exoluit, pro te apud illū religio cultusq; & obse-
 quiū ē, p̄ te ista omnia. Reuerere hæc ergo atq; considera,
 accede ad ea summa cū reuerētia. At malus ille ē & hoc ad
 te qd' nūquid enim qui malus nō ē ipse tibi magna ista &
 diuina largitur? absit. Fides enim tua ad omnia valet neq; ^{2 Corin. 6.}
 enim tibi iustus quispiam proderit, nisi ipse fidelis sis, neq;
 nocebit malus si fueris ipse fidelis. Per vaccas in arca ope- ^{1. Reg. 6.}
 ratus

Matth. 3.
Ioan. 1.

Actu. 19.

ratus est deus cum populum saluare vellet, num enim sacerdotis vita, num virtus tantum conferre potuisset: nō possunt quæ deus ipse largitur veluti sacerdotali virtute perfici omnia quippe diuinæ sunt gratiæ. Huius tantum munus ē aperire os, cæterum deus cuncta operatur, symbolum iste tantum modo implet. Intuere quantū inter Ioannē & Iesū interest, & audi dicentem Ioannē Ego opus habeo à te baptisari, & nō sum dignus soluere ipsius corrigiam calciamenti. Sed tamen cum tantū interest, descendit spiritus quē nō habebat Ioānes, de plenitudine enim inquit ipsius nos omnes accepimus, prius tamen quam baptizare: nō ille descendit, neq; Ioannes ipsum descendere fecit. Cur ergo istud fit: vt scias sacerdotē symbolum implere tantummodo. Nemo homo tantū distat ab homine, quantum à Christo Ioānes. Descendit tamen spiritus vt discas deum omnia operari, deū omnia facere. Volo quiddā adijcere plane mirabile & nolite mirari, neq; turbemini. Quid vero istud ē? Sacra ipsa oblatio, siue illā Petrus siue illā Paulus, siue cuiusvis meriti sacerdos offerat, eadē ē quā dedit Christus ipse discipulis, quamq; sacerdotes modo q̄q; conficiūt, nihil habet ista quā illa minus. Cur id? quia nō hanc sanctificāt homines sed Christus qui illā ante sacrauerat. Quēadmodū enim verba quæ locutus ē Christus eadē sūt quæ sacerdotes nunc quoq; pronuntiant, ita & oblatio eadem ē eadēq; baptismi ratio ē, adeo omnia in fide consistunt. Cornelium spiritus repente repleuit, quia prius ipse alacritatē voluntatis ostenderat fidēq; plenissimæ deuotionis obtulerat. Et hoc igitur, Christi corpus & illud ē qui autem hoc illo mē
nus

nus aliquid habere putat, ignorat Christum esse qui nunc etiam adest atq; operatur. Ista vobis non absq; certa ratione diximus, sed vt sententiam vestram sensuq; corrigamus, cautioreq; in posterum fatiamus. His Origenis & Chrysostomi verbis abunde responsu esse videt h̄s qui cum aliud nō habeant quod obicere possint plaustis quibusdā cōuictorū in vitā & mores sacerdotum & Episcoporū inuehūt, quorum vesana rabies pios mouere nō debet, etiā si vera essent quæ ab illis dicunt, quæ tamē ex magna parte ficta sūt & cōmentitia parendū ē nihilominus etiā h̄s prepositis q̄s iratus deus dedit, ita populi peccatis exigentibus, Nā contemnendis illis Deus ipse contemnit, audiendis illis Deus ipse audit. Si mali sunt prepositi, nō vitā sed doctrina eorū est amplectenda, de qua nihil ē quod arroget sibi priuatus aliquis cognoscendi potestātē quæ propria est Episcoporū vna est in vna quaq; diocesi Christi cathedra, vnde etiā Ecclesia cathedralis dicitur. Ex ea cathedra quod docet, id reuerenter & obedienter audiendū est. Contra hanc si quis nouā sibi cathedram cōstituere sit conatus, etiā atq; etiā *Num. 16.* videat ne quæ Core Datan & Abiron, eadē illū grauiā & inusitata supplicia maneant. Nullum enim facinus æque deus vlciscendū putauit vnquā, atq; hoc quod ē vnum omnium atrocissimū. Sed nos reliqua iam persequamur.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Cap. LIII.



Ixi mus iam quēadmodum nati mundo per la uacrū regenerationis fœlicius Christo renasci mur in vitā quandā nouā, qua non iam ipsi *Gala. 2.*

Bbb

vuiumus